

statim ex contrariis utriusque istarum. nam regia potestas pro tutela praestantium virorum contra populum reperta est: & fit Rex ex praestantibus per excellentiam virtutis, vel rerum gestarum quae sint a virtute, vel per excellentiam huiusmodi generis. Tyrannus vero originem habet a populo ac multitudine, contra nobilitatem, ut populus iniuriis ab illis non patiatur. Patet hoc ex ipsis his quoque contingerunt. scilicet enim tyranni ut plurimi facti sunt ex doctoribus populorum, fidem adepti ab initio propter calumnias contra nobilitatem iactas. Tyrannides igitur alij in hunc modum constituta sunt, civitatibus iam adauctis. Aliae prius ex regibus transgredientibus patria iura, & affectantibus magis dominari. Aliae ex electis ad principales magistratus, antiquitus enim populi constituiebant diuturniores administrationes & procuraciones. Aliae ex paucorum potentia, eligentium unum aliquem ad maximos magistratus. Omnibus istis modis facultas fuit id perficiendi, si modo voluissent, per potentiam sibi praestantem, vel ex regia potestate, vel ex honoribus a populo exhibitis. ceu Phidon apud Argos, & alij alibi regiam potestatem habentes tyranni sunt facti. circa Ioniam vero tyranni, & Phalaris, ex honoribus. Panætius quoque in Leontinis, & Cypselus Corinthi, & Pisistratus Athenis, & Dionysius Syracusis, & alij eodem modo ex favore populorum, apud quos multum poterant. Ut ergo diximus, regia potestas instituta est secundum optimatum gubernationem. est enim secundum dignitatem, vel per virtutem propriam, vel generis, vel per beneficia collata, vel per ista simul ac potentiam. Omnes enim qui maxima beneficia in civitates gentisque contulerunt, vel qui eam facultatem habuerunt ut conferre valerent, hoc honore positi sunt. alij bello conservatis populis ne in servitutem devenirent, quemadmodum Codrus. alij a servitute liberatis, ut Cyrus. alij quod condidissent urbem, vel quod regionem acquisissent, quemadmodum Lacedaemoniorum, & Macedonum, & Molossorum reges. Vult autem Rex esse custos, ut qui divitias habent, nihil iniustum patiantur, nec etiam populus afficiatur contumeliis. Tyrannus autem, ut saepe iam diximus, ad nullam communem respicit utilitatem, nisi gratia proprii commodi. Est autem obiectum tyranni,

Α ἄλλοις ἐξ ἐναντίων, ἕκαστέρας τῶν μοναρχῶν ἢ μὲν γὰρ βασιλεία, πρὸς βοήθειαν τῶν δότι τῶ δῆμον τοῖς ὀπαικῆσι γέρονε, καὶ κατὰ τῆς βασιλείας ἐκ τῶν ὀπαικῶν κατὰ ἑαυτοῦ ἀρετῆς ἢ πρὸς ἕξω τῶν δότι τῆς ἀρετῆς, ἢ κατὰ ἑαυτοῦ τῆς τοῦτοῦ γένους· οὗ δὲ τύραννος, ἐκ τῶ δῆμου καὶ τῶ πᾶσι τοῖς ἰσχυροῖς, ὅπως οὗ δῆμος ἀδικῆται μὴδὲν ἑαυτοῦ φανερόν ἐστι ἐκ τῶν συμβεβηκότων.

Β γὰρ δὲ οἱ πλείους τῶν τυραννῶν γέρονε ἐκ τῶ δῆμου γέρονε, ὡς εἶπεν. πρὸς ὑπὲρ τῶν διαβάλλειν τοῖς ἰσχυροῖς. ἀλλὰ μὲν γὰρ τῶτον τὸν ἔχον κατέστησαν τῶν τυραννῶν, ἢ δὲ τῶν πόλεων ἢ ὑψηλοῦν· ἀλλὰ δὲ πρὸς τούτων, ἕκαστε ἡ βασιλείαν παρεμβαλόντων τὰ πάτρια, καὶ δεσποτικώτερος ἀρχὴ ὄρετο μὲν· ἀλλὰ δὲ, ἐκ τῶν ἀρετῶν ὅτι τὰς κτήσεις ἀρχῆς τὸ γὰρ ἀρχῶν οἱ δῆμοι κατέστησαν πολυχρόνους τὸν δημοκρατίας, καὶ τὰς δευτέρας· ἀλλὰ δὲ, ἐκ τῶν ἰσχυρῶν ἀρετῶν ἕνα πᾶσι τῶν κῶν ὅτι τὰς μεγίστας ἀρχῆς. πᾶσι γὰρ ἑαυτοῖς τῶν ἔχον τούτους τὸ κατεργάζεσθαι βελτίους, εἰ μόνον βουληθεῖεν. διὰ τὸ δυναμὸν πρὸς πᾶσι, τοῖς μὲν, βασιλικῆς ἀρχῆς, τῶ δὲ, τῶ τῆς πᾶσι· οὗ, Φείδων μὲν πρὸς Ἄργος, καὶ ἔπειτα, τύραννος κατέστησαν, βασιλείας ἑαυτοῦ οὖν.

οἱ δὲ πρὸς τῶν ἰωνίων, καὶ Φάλαρες, ἐκ τῶν πᾶσι. Πανᾶτιος δὲ ἐκ Λεοντίνων, καὶ Κύπελος ἐκ Κορίνθου, καὶ Πεισίστρατος Ἀθῆναι, καὶ Διονύσιος ἐκ Συρακούσων, καὶ ἔπειτα τὸν αὐτὸν ἔχον, ἐκ δημοκρατίας κατὰ τῶν οὖν ἐπιπέδου, ἢ βασιλεία τέτακται καὶ τῶν ἀριστοκρατῶν κατὰ ἀξίαν γὰρ ὅτιν, ἢ κατὰ ἰδίαν ἀρετῶν, ἢ κατὰ γένους, ἢ κατὰ ὑπερβολῆς, ἢ κατὰ ταῦτα τε καὶ δυναμὸν. ἀπαντες γὰρ ὑπερβαίνοντες, ἢ δυναμῶν τὰς πόλεις ἢ τὰ ἔθνη ὑπερβαίνοντες, ἐτύχον τῶν τιμῶν ταύτων· οἱ μὲν, καὶ πόλεμον κωλύσαντες δουλεύειν, ὡς Κέρκυρα· οἱ δὲ, ἐλευθεροποιήσαντες, ὡς Κέρκυρα· ἢ κτίσαντες, ἢ κτισθέντες χῶρον, ὡς Δακκαμονίων βασιλεῖς καὶ Μακεδόνων, καὶ Μολοσσῶν. βούλεται δὲ ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ μὲν κατὰ κτίσεις τὰς οὐσίας, μὴδὲν ἀδικῶν πάσων· οὖν, ὁ δὲ δῆμος μὴ ὑπερβαίνει μὴδὲν. ἢ δὲ τυραννῆς, ὡς εἶρηται πολλάκις, πρὸς οὐδέ τι.

ἐστὶ δὲ σκοπός, τυραννικός μὲν, τὸ ἰδίον βασι-

ἐστὶ δὲ σκοπός, τυραννικός μὲν, τὸ ἰδίον βασι-